

JULII  
CAPONI,  
JURISC. NEAPOLITANI, THEOLOGI,  
PHILOSOPHI, AC COMITIS PALATINI;

TRACTATUS  
DE DOTE

S P E C T A T A

TUM QUOAD SUAM SUBSTANTIAM,  
tum quoad sua PRIVILEGIA; tam ante MATRIMONIUM,  
quam eo constante, ac soluto.

U B I A G I T A T U R,

QUID DEREATUR UXORI IN ANNO LUCTUS.

Quando debetur Quarta, ejusque Dotis exactio: Multaque ad  
eiusdem Dotis substantiam elucidandam breviter disputantur.

Opus latissimis omnibus in foro ac Scholis versantibus necessarium,  
atque JURIUM DOTALIUM vera clavis.


EDITIO NOVA, DENVO REVISA AC EMENDATA.



COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumptibus MARCI MICHAELIS BOUSQUET, & Soc. Bibliop. & Typograph.

M D C C C X X X I I L




EMINENTISSIMO DOMINO,  
S. R. E. CARDINALI  
ASCANIO  
PHILAMARINO,  
NEAPOLITANO ARCHIEPISCOPO.

JULIUS CAPONUS Dedicat, consecratque.



Rodit jam denum in lucem meis de Dote Commentarius, CARDINALIS EMINENTISSIME, gestisque mibi animus, quod non alius nascenti illi, quam TUÆ Purpure dies affulgeat, auspiciatissimus quidem ille; quippe si in omen Imperii Byzantini Dynaste nascentes sibi Porphyrogenitos purpuris excipiebant; quamnam ego meo huic operi felicitatem non palicebor, quod TUO chlamydatum ostro palam enascitur? Quid? si sribentium omnium eorum collimat, ut immortale sibi nomen, ac temporum injuria non

J. Caponi de Dose.



# TRACTATUS DE DOTE, *AUCTORE* JULIO CAPONE, JURISCONSULTO NEAPOLITANO.

AD RUBRICAM INFORTIATI,  
H. Soluto Matrimonio, quemadmodum  
Dicitur peratur.

## S U M M A R I U M.

1. *D.D. ut in rubrica, ff. solut. matrimonio multa dicitur.*
2. *Actor protelatur modum dicendi.*
3. *Rubrica, ff. solut. matrimonio continuatur.*
4. *Rubrica, ff. sol. matrimonio dividitur in quatuor partes.*
5. *Nuptia apud antiquas tribus modis contrahabantur.*
6. *Matrimonium solvitur morte unius conjugii.*
7. *Matrimonium solvitur caritate.*
8. *Mariti mors ab uxore qualiter probanda pro contraheendo secundum matrimonio.*
9. *Mariti mors qualiter ab uxore antiquis probabatur ad finem contrahendit, secundum matrimonium.*
10. *Malitia auerbaens secundum matrimonium cum bona fide de viri morte, non peccat mortaliter.*
11. *Matrimonium antequilus solvitur matus consenso viri, sive conjugij.*
12. *Matrimonium solvatur antiquitas per divortium.*
13. *Matrimonium quod vinculum est jure naturali, & Divino indissolubile, quando est consummatum.*
14. *Matrimonium indissolubile de jure Divino representans unionem hypostaticam verbi cum natura humana, sed non consummatum representans unionem Christi cum Ecclesia.*
15. *Matrimonium ob adulterium disovi non potest.*
16. *Matrimonium ob adulterium solvit quod mutuam habitationem: sed sunt multi usus, in quibus non sit tale divortium habitationis.*

*J. Caponi de Dot.*

17. *Divortium fieri potest ob multis causas prater adulterium, & quae sunt.*

18. *Divortium ad tempus salbum, in quo differat à divortio perpetuo.*

19. *Coniux invocens deuegare potest debitum adulterio conjugi, immo & ingredi Religione, sed non Clericos fieri in sacro.*

20. *Papa potest dispensare in matrimonio rato, ut dissolvatur, & sunt plures Pontifices, qui dispensarunt.*

21. *Divortium fieri potest tam ob adulterium cariale, quam ob heresim.*

22. *Coniux fidei conjugem lapsum in heresim, in Ecclesie reversionem, non tenetur recipere.*



Gredio in nomine Domini i.  
Rubricam, ff. Soluto Matrimoniis, quae in omnibus scholis Italicis legitur, & quamvis tot Clarissimi viri super ea scripsierint; tandem in ea, sicut & in aliis locis multis sunt, que adhuc veritatis enucleationem desiderant, quod Divina Providentia factum puit. Vincen:ius ab Ocha, in hac Rubrica vs. t. ne homines scilicet illo tempore sunt otiosi; sed semper habeant quod meditentur, & faciant, & cognoscant quam imperfectorum si humanus intellectus. Quia verbo in hac rubrica multa tradunt interpres, quae inutilia sunt, & ad materialem partem conseruent: ideo in utilibus praetermis, solum explicabimus ea, ex quibus ingenium potest excitari, & utilitas magna percipi. Bono ergo animo effore Auditores, alacri animo intendite, studia intermissione relaxante,

A

tem.